



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Cvrsvs Theologici ...

Ea Brevitate Conscriptus, Qvam Tot Tantarvmqve Rervm Amplitudo Et
Varietas Patitvr ...

Quas Prima Pars Et Prima Secundæ Divi Thomæ Complectvntvr -
Qvæstiones Insvper Ad Mores & praxim spectantes, quæ peculiarem cum
Scholasticis habent connexionem, declarantur

Carleton, Thomas Compton

Leodii, 1659

Dispvatio XVIII. De objecto visionis beatificæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13718

DISPUTAT. DECIMA-OCTAVA.

De objecto visionis beatificæ.

OBJECTVM visionis beatificæ duplex est, *primarium, & secundarium.* Objectum visionis primarium est Deus: primarium, inquam, tum dignitate, utpote qui infinitis gradibus creatis antecellit; tum etiam, quod aliquâ ratione in earum cognitionem inducat, modo postea declarando, respectu cuius, proinde, creaturæ sub utroque conceptu dicuntur objectum secundarium. Primò itaque de cognitione creaturarum agemus, mox ad Dei cognitionem progrediemur.

SECTIO PRIMA.

Vtrum in Deo videri possint creaturæ.

QUÆSTIO est, viderine possint quoad esse suum proprium, quodque in seipsis extra Deum habent; quoad esse enim illud quod habent in Deo, nulli dubium, quin per visionem beatam conspici in eo possint; hoc namque, cum nihil aliud sit, quam ipsum esse increatum Dei, & virtus creaturarum productiva, seu *creatrix essentia*, esse hoc creaturæ videri, est reipsa videri Deum.



I. Status questionis.

II. Visio formalis, causalis, & concomitans.

In quo differant visio formalis, & concomitans.

III. Prima sententia negat posse creaturam videri in Verbo.

Notandum verò, tripliciter dici, videri in Deo creaturæ, *formaliter, causaliter, & concomitanter.* Formaliter videri creaturæ in Deo, est videri in eo tanquam in medio cognito, sicut effectus in causâ, eadem scilicet cognitione, quæ primariò terminetur ad Deum, secundariò ad creaturæ in eo reluctantes, & in ordine ad quas, tanquam ad terminos, explicatur objectum primarium. Causaliter tunc dicuntur videri in Deo creaturæ, quando ex vi quidem Dei visi cognoscuntur, non tamen eodem actu, quo videtur Deus, sed aliâ cognitione realiter distinctâ, ex Dei visione ortâ, quæ cognitio terminetur ad solas creaturæ: hoc autem non esset cognoscere creaturæ in Verbo. Tandem, *concomitanter* cognosci dicuntur creaturæ, quando eodem quidem actu, seu visione, qua videtur Deus, percipiuntur, non tamen in Deo ut in medio cognito, seu ex vi Dei visi, ut in visione formali creaturarum in Deo contingit, sed merè disparatè, sicut quando eadem cognitio representat Petrum & Paulum, aut eadem visio duos flores, vel gemmas, aut res alias quascunque, specie aut genere distinctas.

Prima itaque sententia negat, posse creaturam ullam in Deo tanquam in medio cognito videri formaliter, sed ad summum causaliter vel concomitanter: Deus enim, inquam, cum sit ens omnino absolutum, nullum dicens ordinem aut relationem ad creaturæ, non potest essentia ejus visa ducere in creaturarum cognitionem: ita Ockam in 4. d. 13. art. 2. & 3. Gabriel in 3. d. 14. quæst. unica, art. 1. num. 3. Major in 3. d. etiam 14. quæst. 3. concl. 2. Quam sententiam acriter defendit Valquez hic, disp. 50. eandem tenet Lessius lib. 2. de

Summo bono, cap. 10. Becanus hic, cap. 9. quæst. 13. & alii nonnulli.

Secunda tamen sententia affirmat in Deo per visionem beatam posse videri formaliter creaturæ, tanquam terminum secundarium: ita S. Thomas prima part. quæst. 12. art. 8. 9. & 10. & lib. tertio contra Gent. cap. 59. & 60. & alibi, ubi tam clare hanc veritatem docet, ut de ejus mente nullus relictus sit ambigendi locus; articulo enim illo octavo citato ait, *Videri creaturæ in Deo, sicut effectus in causâ, & manifestum esse, quanto melius causa videtur, tantò plures effectus in ea cognosci posse, ac proinde ab eo, qui perfectius Deum videt, plures creaturæ in Deo videri.* Et prima parte, quæst. 58. art. ultimo, loquens de Angelis: *Videndo, inquit, Verbum, non solum cognoscunt illud esse rerum quod habent in Verbo, sed illud esse, quod habent in propria naturâ.* Hæc illæ. S. Thomam sequuntur Thomista, Capreolus in quarto, Dif. quadragesima-nona, quæstione sextâ. Cajetanus prima parte, quæstione duodecimâ, articulo octavo. Ferrara tertio contra Gent. capite 56. Sotus in quarto, Dif. 49. quæstione tertiâ, articulo tertio. Zumel, & Bannez hic, articulo octavo, & alii. Idem docet Scotus in tertio, Dif. decima-quartâ, quæstione secunda. Molina hic, articulo octavo. Valentia hic, part. 6. Suarez libro secundo de Attributis negat. cap. 25. Falolus hic, quæst. duodecimâ, articulo 8. dub. 13. Tannerus prima parte, Disp. secundâ, quæstione sextâ, dubio octavo, numero quinto. Arriaga hic, Disp. decimâ, sectione tertiâ, estque hodie communis fere Recentiorum sententia.

IV. Secunda sententia affirmat posse in Verbo videri creaturæ.

Mens sancti Thomæ.

SECTIO SECUNDA.

Quid de visione creaturarum in Deo sentiendum. Vbi, quid sit unum videri in alio, & ex alio.

ANTEQUAM quid de hac, circa visionem creaturarum in Deo, controversiâ sentiendum sit, aperiâ, notandum, quid sit rem unam in aliâ videri, & quo pacto hæc duo inter se differant, aliquid in alio, & ex alio cognosci: de quo fusè nonnullos & confusè disputantes video, eique multo diutius, quam res postuleret, immorantes.

I. Cognosci in alio, & ex alio, quomodo differant.

II. Propriissima unius ex alio cognitis.

Si ergo de propriissima cognitione unius ex alio loquamur, manifestam inveniemus disparitatem inter cognitionem alicujus ex alio, & in alio; propriissima enim cognitio unius ex alio duos actus includit realiter distinctos, quorum unus oriatur ex alio, & ex re per primum actum cognita aliquid deducat, estque formalissimus discursus; ut si quis dicat, *Sol potest producere lucem*, & inde oriatur alius actus, qui dicat, *ergo lux est possibilis*. Cognitio verò unius in alio est unicus tantum actus, quo quis dicit, exempli gratia, *ignis continet calorem*: ubi in virtute ignis cognoscitur calor, nihil ulterius per novum actum inferendo.

III. Declaratur ulterius differentia cognitionis in alio & ex alio.

Hinc facillè etiam constabit, quando unico actu res una ex alia cognoscitur, quomodo hic actus ab altero differat, quo unum cognoscitur in alio; actus enim ille, quamvis sit unicus, totum tamen in se dicit, quod duo actus supra positi, unaque propositione totum hoc formaliter complectitur, *Sol potest producere lucem, ergo lux est possibilis*; unde & in duas formalitates dividi potest, duabus illis propositionibus, seu judiciis respondentibus, quarum altera affirmetur *solem posse producere lucem*, altera, *lucem esse possibilem*. Actus verò quo unum cognoscitur in alio, ut cum dico, *Sol continet lucem*, in duas hujusmodi formalitates dividi nequit; hæc enim formalitas, seu illatio, *ergo lux est possibilis*, directè & formaliter in eâ non continetur. Quamvis enim, ex eo quòd sol contineat lucem, inferri per alium actum possit, lucem esse possibilem, hic tamen actus id directè & formaliter non dicit; unde formalitas illa seu illatio ab eo abstrahi non potest. Sicut licet ex actu, quo quis dicit, *Petrus est rationalis*, inferri possit alter actus quo dicatur, *ergo est visibilis*, prior tamen actus hoc directè & formaliter non dicit, ut constat. Actus ergo, quo unum cognoscitur in alio, simplicior est actu quo unum cognoscitur ex alio, & hic actus rationem habet ex modo tendendi essentialiter à præcedente distinctam.

IV. Videri possunt in Verbo creatura.

Dicendum itaque cum auctoribus secundæ sententiæ scet. præcedente, num. 4. relatis, posse creaturas in Deo, non casualiter tantum, & concomitanter, sed etiam formaliter videri: ita S. Thomas variis locis, ut scet. præcedente, n. 4. ostendi.

V. Affirmant Patres videri posse in Deo creaturas.

Hæc etiam est clarissima mens sanctorum Patrum: sic S. Dionysius de Divinis Nomin. Divina, inquit, *scientia in sua potentia creaturas omnes cognoscit*. Idem docet S. Bernardus lib. 5. de Consideratione, ad Eugenium cap. 1. Hanc etiam veritatem tradit aperte S. Isidorus lib. 1. de Summo bono, cap. 10. *Angeli, inquit, in Verbo Dei cognoscunt omnia, antequam in re fiant, & que apud homines adhuc futura sunt, Angeli jam, revelante Deo, noverunt*.

VI. Mens S. Augustini circa cognitionem creaturarum in Deo.

Sed præ aliis hoc docere videtur S. Augustinus variis locis, per celebrem illam divisionem cognitionis Angelicæ respectu creaturarum, quam dividit in cognitionem *Matutinam*, per quam videntur res in verbo, & *Vespertinam*, per quam easdem cognoscunt in seipsis: quam divisionem tradit lib. 4. de Gen. ad litteram, à cap. 22. & lib. 65. Quæstionum, q. 26. lib. etiam 11. de Civit. Dei, cap. 7. & alibi: illam verò vocat *Matutinam*, quia perfectiorem; hæc *Vespertinam*, quia imperfectiorem & in minore luce. Unde lib. 4. citato, cap. 23. *Multum, inquit, interest inter cognitionem rei cujusque in Verbo Dei, & cognitionem in naturâ ejus, ut illud merito ad diem pertineat, hoc ad Vesperam*.

VII.

Nec satisfacit quod respondent aliqui, per cognitionem *Matutinam* intelligere S. Augustinum cogni-

tionem naturalem quam in via habuerunt de Deo, & creaturarum in ipso, non de visione beatâ. Contrâ enim est; quia lib. 11. de Civit. Dei cap. 7. citato explicat S. Augustinus illud *Vespere & Mane* in luce illius *sanctæ civitatis Hierusalem, quæ est mater nostra*, & *Matutinam* cognitionem haberi ait per ipsam præsentiam incommutabilis veritatis. Deinde etiam per cognitionem *Matutinam* intelligeret S. Augustinus cognitionem naturalem, quam Angeli in via habuerunt de Deo; cum tamen dicat, per eam cognovisse ipsos creaturas in Deo, à fortiori sequitur, cognosci eas posse in eodem Deo clarè viso.

Quid per cognitionem Matutinam & Vespertinam, intelligat S. Augustinus.

Aliter respondet Vasq. d. 51. cap. præfertim 3. vult enim S. Augustinum loqui de esse ideali creaturarum in Deo; quod aliud nihil est quàm ipse Deus. Sed contrâ primò: S. Thomas enim q. 8. de Verit. cap. 10. hanc S. Augustini expositionem expressè confutat. Contrâ secundò: nam, ut bene advertit Suarez hic, cap. 25. multa sunt in S. Augustino quæ hæc expositionem non ferunt: libro namque illo de Civit. cap. 7. citato, inter alia, hæc scribit: *Cognitio creatura in seipsa decoloratior est, quàm cum in Dei sapientia cognoscitur, velut in arte, per quam facta est*. Quid clarius? nullus enim dicere potest, creaturam secundum esse ideale, seu prout est *creatrix essentia*, & ipse Deus, fieri per artem. Manifestum ergo est, loqui S. Augustinum de esse creaturarum quod in se habent, non quòd habent in Deo.

VIII. Per cognitionem Matutinam non intelligit S. Augustinus, esse veram in Deo.

Deinde S. Augustinus per cognitionem *Matutinam* & *Vespertinam*, distinguit illos sex dies creationis Universi secundum res diversas productas; ita ut primus dies sit cognitio *Matutina* substantiæ spiritualis in verbo; *Vespertina*, ejusdem in seipsâ, sicque, inquit, *in mente Angeli factus est vespere & mane dies unus*: deinde pro secundo die procedit ad firmamentum: tertio, ad congregationes aquarum, & sic deinceps: diversum autem mane distingui convenienter vix potest, nisi repræsententur ibi creaturæ; cum *creatrix essentia* sit eadem. Unde S. Augustinus loco citato, sic habet: *sit ergo in cognitione spirituum primus dies; in cognitione firmamenti, secundus; in cognitione discretionis terræ & maris, tertius, & sic de cæteris*. Quando autem cap. 32. dicit, necessariam fuisse cognitionem vespertinam ut distinguerent Angeli creaturam à Creatore, solum vult necessariam fuisse ut cognosceretur creatura cognitione distinctâ, & separatim à Creatore, & in proprio genere: de quo plura sectione 4. numero octavo.

IX. Quo pacto sex illi dies distinguantur S. Augustinus.

Instant nihilominus aliqui, & acriter contendunt, S. Augustinum cognitionem creaturarum in Deo non agnovisse; nunquam enim affirmat eas cognosci in Omnipotentia, sed in Verbo. Sed contrâ primò: Verbum Dei est Deus, ergo si cognoscantur in Verbo, seu sapientiâ, & scientiâ Dei creaturæ, cognoscuntur in Deo. Contrâ secundò: cum in Scriptura per Verbum factæ dicantur creaturæ, *Omnia per ipsum facta sunt*, S. Augustinus id quod ad Omnipotentiam singulariter spectat, Verbo, seu Filio assignavit, cum tamen opera ad extra communia sint toti Trinitati, & ab aliquo, quod omnibus tribus Personis est commune, proveniat; hoc autem peculiariter est Omnipotentia, utpote virtus rerum omnium productiva.

X. Quo pacto dixerit S. Augustinus creaturas cognosci in Verbo.

Ioan. 1. 13.



SECTIO TERTIA.

Ratione ostenditur, posse in Deo videri creaturas possibiles.

I. RATIO denique Conclusionis quoad creaturas possibiles, est: Deus enim, ut Disp. 6. Physicor: late ostendi, Relatione transcendentali ad creaturas refertur, essentialēque cum iis dicit connexionem: est siquidem vera & realis potentia earum effectiva, quæ sine essentiali ad illas ut possibiles relatione, & ordine intelligi nequit, cum vera & realis virtus productiva, sit necessariò alicujus productiva, ut loco citato fusiùs declaravi: ubi etiam rejeci eorum philosophandi modum, qui dicunt, in Deo non esse potentiam absolutam productricem creaturarum, sed tantum conditionatam: hoc, inquam, Disp. quintâ Physicorum, sect. 1. num. 12. & sequentibus, & Disp. 6. sect. 2. refelli, ostendique implicare potentiam conditionatam ad terminum simpliciter impossibilem, nec posse quidquam illud respicere conditionatè, quod numquam potest respicere absolutè.

II. Deus ergo absolutè ac determinatè creaturas respicit ut possibiles, cum eas respiciat ut producibiles. Hinc itaque clarè constat, posse illas in Deo videri, cum in Omnipotentia tanquam termini illius essentialis resplendeant, in quâ proinde veluti in medio cognoscuntur, & intellectus Beati, visâ hac reali & absolutâ virtute creaturarum productricæ, faciliè ad eorum notitiam poterit determinari.

III. Confirmatur: In creatis quoties inter duo reperitur hujusmodi connexio, ex cognitione unius deveniri faciliè potest in cognitionem alterius: sic visâ materiâ, Angelus formam, ejus correlativum cognoscit, & è contrâ, visâ causâ, igne ex gratiâ, cognoscit effectum, seu calorem, & sic de aliis sexcentis: cum ergo non minus perfectè, imò multò perfectiùs reluceant in Deo creaturæ, quam effectus creati in causâ ulla creata, multò clariùs in eo, multoque perfectiùs poterunt cognosci.

IV. Si verò nullum sit in Deo prædicatum, necessariò cum creaturis possibilibus connexum, sed ab iis planè sit absolutus, non poterunt in eo videri creaturæ: si enim nihil in Deo sit magis connexum cum possibilitate creaturarum, quam cum impossibilitate, non potest Deus visus esse medium, per quod intellectus ducatur in creaturarum possibilitatem notitiam, magis quam aquila cognita ducere potest in cognitionem formicæ, aut arenulæ, utpote cum quibus nullam habet connexionem.

V. Dicunt aliqui, Deum respectu creaturarum possibilitatum habere potentiam tantum conditionatam, & scientiam aptitudinalem, positâ verò possibilitate creaturarum, tam scientiam ejus, quam potentiam transire in absolutam, & tunc in utroque hoc attributo aiunt videri posse creaturas possibiles. Sed ut omitam quæ contra hanc potentiam conditionatam dixi Disp. quintâ Physicorum, sect. 1. & Disp. 6. sect. secundâ, ubi fusiè eam impugnavi, & ostendi esse impossibilem.

VI. Contra hanc responsionem est: Deus modò (disputationis causâ supponimus creaturas omnes esse impossibiles) non est medium aptum ad representandum creaturas, ita ut potentia ejus, aut

scientia visa ducat in creaturarum possibilitatum cognitionem, ergo nec erit medium aptum ad hoc munus, si creaturæ reddantur possibiles, ut nimirum ex vi visionis horum attributorum discernat Beatus creaturas esse possibiles; possibilitas quippe creaturarum est quid Deo planè extrinsecum, nec per earum mutationem ulla fit in Deo mutatio intrinseca, sed quod semel habet, semper habet, ergo eodem modo semper afficiet intellectum Beati, ergo ex vi visionis prædicatorum Deo intrinsecorum, nunquam dignosci poterit creaturas esse possibiles.

VII. Dicunt alii, Essentiam, seu Scientiam Divinam esse actualemententiam in has creaturas, vivacissimamque earum representationem, quamvis ob infinitam suam perfectionem, ab earum possibilitate sit independens, & consistere possit, sive creaturæ possibiles sint, sive impossibiles: nihilominus, inquiunt, cum revera sint possibiles, eo ipso quòd clarè cognoscantur, sequitur eas cognosci ut possibiles. Sed contrâ: tota cognitio quam de hisce creaturis habet Beatus, est ex Deo viso, tanquam ex medio cognito; sed Deus, secundum hanc sententiam, non majorem habet connexionem cum iis possibilibus, quam impossibilibus, ergo ex vi Dei visi nunquam devenire potest intellectus in cognitionem creaturarum possibilitatum.

VIII. Dices: Ex vi Dei visi cognosci potest has creaturas esse spirituales, vel corporeas, substantiam, accidens, &c. ergo & cognosci potest eas esse possibiles. Respondetur juxta hanc sententiam non posse in Deo tanquam in medio cognito, sciri creaturas esse vel spirituales, vel corporeas; si enim quæ corporeæ sunt, redderentur spirituales, aut è contrâ, (quod æquè fieri potest, atque ut ex possibilibus reddantur impossibiles) adhuc secundum hujus sententiæ principia, persisteret scientia Dei, & eas representaret; alioqui diceret relationem transcendentalem ad aliqua prædicata creaturarum, & haberet essentialē connexionem cum iis ut corporeis, vel spiritualibus, quod tamen negant hæc auctores, omnemque cum hujusmodi creaturis connexionem à Deo quàm longissimè amovendam affirmant.

IX. Opponunt nonnulli, creaturas ut existentes, vel futuras, videri in Deo, cum tamen nihil in Deo sit magis cum earum futuritione, vel existentia connexum, quàm cum non existentia, ergo idem fieri poterit in possibilibus. At qui hoc modo philosophantur, parum consultò agere mihi videntur, dum rem, admitta relatione transcendentali, explicatu facillimam, ad mysterium actuum liberorum Dei transferunt, quod fortassis, ex omnibus fidei mysteriis, est captu difficillimum, & hoc pacto miris omnia tenebris involvunt. Dico itaque, peculiarem de rebus existentibus hac in parte estimationem, & mysterium aliquod agnoscendum, aliud de hoc fieri posse, de quo plura postea: sed quoad præsentem difficultatem de possibilibus, quid opus ad mysteria recurrere?

Implicat virtus productiva conditionata.

Quorundam responsio de potentia Dei conditionata, & scientia aptitudinali.

Impugnatur potentia hæc, & scientia conditionata.

VII. Aliusmodus explicandi visionem creaturarum in Deo.

Impugnatur hic visio creaturarum explicandi modis.

VIII. Nec cognosci in hæc sententiâ possunt in Deo creatura ut spirituales vel corporeæ.

IX. Mysterium actuum Dei liberorum non est in aliis questionibus ponendum.

Aliud est de creaturis existentibus, aliud de possibilibus.



SECTIO QUARTA.

Argumenta contententia, non posse in Deo videri creaturas.

I. *Alibi ostensum est dari in Deo Relationem transcendentalem ad creaturas.*
OBJICITUR primò, falso niti nos fundamentò, dum ideo videri in Deo posse creaturas asserimus, quòd, transcendentaliter ad eas referatur: nulla enim est in Deo hujusmodi relatio, per quam scilicet Deus essentialiter cum creaturis possibilibus connectatur; sic enim ab iis dependeret, & quacunq; etiam vilissimà creaturà, musculà scilicet, aut formicà implicante, implicaret. Sed Disp. 6. Physicorum, Relationem transcendentalem ad creaturas in Deo admittendam esse ostendi, & ad hoc argumentum, quod præcipue urgent adversarii, ibidem sect. primà latè respondi.

II. *Obijctur: si in Deo videantur creaturae, videntur necessarii omnes.*
OBJICITUR secundo à Durando, quod etiam urget Pater Vasquez loco supra citato, si videantur in Deo creaturæ, videri debent necessarii omnes; essentia enim divina, una est & indivisibilis, & ut talis à Beatis omnibus videtur, cum clarè & intuitivè videatur, & consequenter sicuti est; sed intellectui Beati tam est repræsentativa unius creaturæ, quàm alterius, cum sit æqualiter species omnium; ergo si in unius cognitionem ducat, ducet in cognitionem omnium.

III. *Per visionem intuitivam fieri possunt præcisiones objectivæ.*
Respondetur primò: si per visionem claram & intuitivam fieri possint præcisiones objectivæ, quàm opinionem ut probabiliorem amplexus sum Disp. 25. Log. sect. 1. objectio nullam habet vim; non enim quisquis videt Omnipotentiam, vel Scientiam Divinam, eas necessariò videt adæquatè, etiam ex parte objecti, sed videre unam formalitatem potest, eam videlicet quæ equo, leoni, vel aquilæ respondet, non visis aliis. Juxta quem philosophandi modum, facile ostenditur, quo pacto visis quibusdam creaturis in Deo, non necessariò videantur omnes, sed hæ, vel illæ tantum, secundum diversitatem luminis, aut concursus, quo Deus cum intellectu Beati ad hanc vel illam Omnipotentiam, vel Scientiam formalitatem, his scilicet vel illis creaturis respondentem, videndam concurrit.

IV. *Præcisio objectiva non impedit, quin Omnipotentia videatur prout est in se.*
Neque hinc sequitur, Omnipotentiam ex causâ, inadæquatè hoc modo visam, non videri prout est in se; sensus enim hujus dicti, rem nimirum per visionem intuitivam videri prout est in se, solum est, ut videatur immediatè, & per species proprias, non alienas, seu instar aliarum rerum quas cognoscimus abstractivè. Omnipotentia ergo per visionem præcisivam videtur inadæquatè prout est in se, non adæquatè, seu ita ut omnia cum illâ identificata, per visionem hanc intuitivam exprimantur, sed hæ tantum vel illæ formalitates, seu prædicata, non alia. Plura hac de re Disp. sequente, sectione quartâ.

V. *Alius modus explicandi quo pacto, Deo viso, non videantur necessario omnes creaturae.*
Secundò, etiam in sententiâ negante per visionem intuitivam præcindi posse objectivè, ostenditur, visis in Deo quibusdam creaturis, non videri necessariò omnes: quamvis enim Beati videant totam essentiam divinam, cum sit indivisibilis, non tamen eam vident totaliter, seu expressivè in ordine ad omnes ejus terminos, sed ad plures, vel pauciores, prout Deo, qui se habet instar speculi voluntarii, visum fuerit, sese magis aut minus manifestare. Unde sicut, ut postea dicam, dari poterit visio clara, quæ solum sit repræsentativa intrinsecorum in Deo, nullâ omnino in eo visâ creaturâ,

ita aliæ & aliæ visiones sunt possibiles, per quas unâ & indivisibili tendentiâ Deus in ordine ad has vel illas creaturas exprimat, nullâ factâ de reliquis mentione. Alioqui contrâ communem Philosophorum sententiam, nec in causâ creata videri possent effectus aliqui, quin videantur omnes, sicque quævis visio causæ creatæ erit ejusdem comprehensiva.

VI. *Antecedens in Deo, non obstat quin minus creatura videatur in Omnipotentia.*
OBJICITUR tertio, creaturas videri non posse in Omnipotentia, ergo non omnino videntur in Deo; antecedens constat, scientia enim creaturarum in Deo, antecedit aliquo modo virtutem earum productricem, utpote quam ad earum effectiõnem dirigit, ergo videntur in Scientiâ antecedenter ad Omnipotentiam. Sed contrâ: hoc enim non probat non posse in Omnipotentia videri creaturas, sed non in solâ Omnipotentia; quantumvis enim Scientia eam ratione nostrâ antecedit, cum tamen Omnipotentia ad eas referatur, tanquam virtus illarum productiva, etiam in hac cerni possunt, quamvis non primò in eâ videantur, sed in Scientiâ. Consequentia verò illa, non posse scilicet creaturas omnino videri in Deo, si videri nequeant in Omnipotentia, nulla est; videri enim saltem possunt in Scientia, hæc autem à parte rei non minus est realiter Deus, quàm Omnipotentia.

VII. *Omnipotentia respectu creaturarum, est ab quo nihil prior Scientia.*
Addo, simpliciter loquendo quoad possibilitatem præcisè creaturarum, Omnipotentiam esse priorem Scientiâ: quamvis namque hæc in executione Deum ad prudentem earum effectiõnem dirigit, prius tamen supponuntur creaturæ possibiles, & consequenter virtus earum physicè productiva. Imò in omnibus aliis videmus, scientiam potentia alicujus directricem, potentiam ipsam physicam supponere. Sic ars pingendi supponit in pictore potentiam tractus & lineamenta ducendi, & hæc artem illam antecedit; ad tractus verò illos artificiosè efformandos ars requiritur, sicque sub hac ratione, ut nimirum completè potens sit ad imaginem scitè & artificiosè delineandam, homo artis adminiculum postulat, & potentia ejus physica eam aliquo modo antecedit.

VIII. *S. Augustinus non negat creaturas videri posse in Deo.*
OBJICIT quartò P. Vasquez hic, Disputatione 51. cap. tertio, S. Augustinum libro quarto de Genes. ad litter. capite trigesimo secundo, ubi ideo ait necessariam in Angelis fuisse cognitionem vespertinam, ut creatura distingueretur à Creatore; ergo juxta S. Augustinum, per cognitionem matutinam non cognoscuntur creaturæ ut distinctæ à Deo, nec secundum esse quod in se habent, sed solum quoad esse illud eminentiale, quod habent in Deo, id verò nihil aliud est, quàm ipse Deus, seu *Creatrix Essentia*. Respondetur, mentem S. Augustini hac in parte satis constare ex dictis supra sect. 2. num. 6. ubi clarè ostendi, affirmare S. Doctorem creaturas quoad esse etiam illud quod in seipsis habent, in Deo per cognitionem matutinam conspici. Hoc ergo loco, solum vult, necessariam esse cognitionem vespertinam ut creaturæ non quoad rem tantum, sed etiam quoad modum, per cognitionem scilicet à cognitione Dei distinctam, cognoscantur, & in proprio genere, ut ex textu ipso est manifestum.

IX. *In causâ creatâ cognosci nequeunt effectus, ergo nec in increatâ, par enim utriusque est ratio: antecedens probatur, alioqui Angelus animam comprehendens, infinitos in eâ actus possibiles, imò etiam supernaturales, cognosceret. In primis multi negant posse Angelum comprehendere animam, saltem naturaliter. Secundo, longè plures negant ad comprehensionem naturalem requiri*

Deum respectu creaturarum, est speculum voluntarium.

Antecedens in Deo, non obstat quin minus creatura videatur in Omnipotentia.

Omnipotentia respectu creaturarum, est ab quo nihil prior Scientia.

S. Augustinus non negat creaturas videri posse in Deo.

Esse creaturarum in Deo est ipsa Creatrix Essentia.

In causâ creatâ cognosci nequeunt effectus, ergo nec in increatâ, par enim utriusque est ratio: antecedens probatur, alioqui Angelus animam comprehendens, infinitos in eâ actus possibiles, imò etiam supernaturales, cognosceret. In primis multi negant posse Angelum comprehendere animam, saltem naturaliter. Secundo, longè plures negant ad comprehensionem naturalem requiri

requiri cognitionem terminorum, & effectuum supernaturalium, de quibus postea. Tertio dico, nil in eo esse incommodi ut Angelus Angelum, aut animam comprehendens, infinitos in iis actus possibiles abstractivè & imperfectè, seu, ut aiunt, quoad *An est*, ut bene hic advertit Arriaga, cognoscat.

X. Dices: Ergo Angelus se, vel animam comprehendens, cognoscat etiam omnes species & individua possibilis, cum Angelus & anima possint circa eorum singula actu aliquo naturali versari. Respondetur, cognitionem illarum rerum multò adhuc futuram imperfectiorem cognitione actuam; cum enim species illæ & individua per hunc actum comprehensivum cognoscantur, non in seipsis immediatè, sed solum in actibus, actus verò, ut numero præcedente vidimus, imperfectè tantùm, & confusè sciuntur, longè magis imperfectè & confusè cognoscuntur species & individua, cum magis adhuc mediatè innoscant, & non nisi per medium imperfectè cognitum, nempe actus percipiuntur, sicque uno gradu magis à claritate distant, quàm actus in quibus cognoscuntur.

XI. Obijciunt sextò: Creaturae non sunt in Deo, ergo non possunt in Deo cognosci. Distinguo antecedens; non sunt in Deo formaliter, concedo antecedens; non sunt in Deo eminenter, id est, non est in Deo virtus earum productiva, nego; hoc autem sufficit ut in Deo cognoscantur; prædicatum namque illud, cum essentialiter ad creaturas referatur, necessariumque cum iis habeat connexionem, intellectum ad illarum cognitionem manuducit quodammodo, easque in se veluti in causâ manifestat. Nec refert, res creatas variis esse imperfectioribus permixtas, res enim perfectior imperfectiorem, ut producere, ita manifestare potest, & in illius cognitionem ducere.

XII. Obijciunt septimò: Creaturae possibilis, actu nihil sunt, cum non existant, ergo cognosci nequeunt in Deo, nec terminare visionem. Sed contra: indubitatum enim videtur, ea quæ actu non existunt, terminare posse abstractivè actus aliquos intellectus, & voluntatis; nos enim de rebus purè possibilibus loquimur, nempe de alio Cælo, Sole, Antichristo, non existentibus; inquirimus an alius mundus, alia series rerum possit à Deo produci, ergo de istis cogitamus, & hæc objecta repræsentamus.

XIII. Deinde, Deus per scientiam simplicis intelligentiæ res purè possibilis sibi repræsentat. Quamvis enim sit inter Theologos dissensio, utrum eas immediatè in ipsis cognoscat, an in seipso, nullus tamen negat Deum eas verè repræsentare, & cognoscere, nec volunt scientiam Divinam sistere adequatè & ultimè in Deo, & objecto increato, sed ulterius tendere eam dicunt in objecta creata, resque à Deo distinctas, quamvis in Deo, ut in medio cognito, repræsentatas.

XIV. Ratio denique à priori est: terminare etenim cognitionem, non est aliquod physicè in eâ efficere, sed merè se habere objectivè, sicut se habent entia rationis, & negationes, quæ, esto cognoscantur, & actum cognitionis, tum Divinæ, tum intellectus creati terminant, ut dicam numero sequente, nullo tamen modo influunt. Adde, homines, frequenter sanitatem appetere, quæ tamen non solum actu non existit, sed sæpe nequidem est futura, sed merè possibilis.

XV. Obijciunt denique octavò: peccata, Entia rationis, & negationes Deus non continet, utpote quæ non possunt producere, ergo nec cognosci poterunt in Deo. Respondetur, hæc omnia cognosci saltem posse in Scientia Dei, Deus enim ea perfectissimè cognoscit. Peccatum etiam, quoad positivum quod dicit, cognosci potest in Omnipotentia, cum ad illud physicè Deus concurrat.

XVI. Dices: Ergo Deus per scientiam simplicis intelligentiæ res purè possibilis sibi repræsentat. Quamvis enim sit inter Theologos dissensio, utrum eas immediatè in ipsis cognoscat, an in seipso, nullus tamen negat Deum eas verè repræsentare, & cognoscere, nec volunt scientiam Divinam sistere adequatè & ultimè in Deo, & objecto increato, sed ulterius tendere eam dicunt in objecta creata, resque à Deo distinctas, quamvis in Deo, ut in medio cognito, repræsentatas.

XVII. Ratio denique à priori est: terminare etenim cognitionem, non est aliquod physicè in eâ efficere, sed merè se habere objectivè, sicut se habent entia rationis, & negationes, quæ, esto cognoscantur, & actum cognitionis, tum Divinæ, tum intellectus creati terminant, ut dicam numero sequente, nullo tamen modo influunt. Adde, homines, frequenter sanitatem appetere, quæ tamen non solum actu non existit, sed sæpe nequidem est futura, sed merè possibilis.

XVIII. Obijciunt denique octavò: peccata, Entia rationis, & negationes Deus non continet, utpote quæ non possunt producere, ergo nec cognosci poterunt in Deo. Respondetur, hæc omnia cognosci saltem posse in Scientia Dei, Deus enim ea perfectissimè cognoscit. Peccatum etiam, quoad positivum quod dicit, cognosci potest in Omnipotentia, cum ad illud physicè Deus concurrat.

XIX. Dices: Ergo Deus per scientiam simplicis intelligentiæ res purè possibilis sibi repræsentat. Quamvis enim sit inter Theologos dissensio, utrum eas immediatè in ipsis cognoscat, an in seipso, nullus tamen negat Deum eas verè repræsentare, & cognoscere, nec volunt scientiam Divinam sistere adequatè & ultimè in Deo, & objecto increato, sed ulterius tendere eam dicunt in objecta creata, resque à Deo distinctas, quamvis in Deo, ut in medio cognito, repræsentatas.

XX. Ratio denique à priori est: terminare etenim cognitionem, non est aliquod physicè in eâ efficere, sed merè se habere objectivè, sicut se habent entia rationis, & negationes, quæ, esto cognoscantur, & actum cognitionis, tum Divinæ, tum intellectus creati terminant, ut dicam numero sequente, nullo tamen modo influunt. Adde, homines, frequenter sanitatem appetere, quæ tamen non solum actu non existit, sed sæpe nequidem est futura, sed merè possibilis.

XXI. Obijciunt denique octavò: peccata, Entia rationis, & negationes Deus non continet, utpote quæ non possunt producere, ergo nec cognosci poterunt in Deo. Respondetur, hæc omnia cognosci saltem posse in Scientia Dei, Deus enim ea perfectissimè cognoscit. Peccatum etiam, quoad positivum quod dicit, cognosci potest in Omnipotentia, cum ad illud physicè Deus concurrat.

SECTIO QUINTA.

Inferuntur quedam circa visionem creaturarum in Deo. Vbi de intentione, & extensione visionis & luminis.

EX dictis infero primò: in variis Dei Attributis videri posse creaturas. Inprimis, omnes omnino creaturæ possibilis videri possunt in Omnipotentia, tanquam in medio cognito; cum enim illas contineat, optimè potest in earum cognitionem ducere. Deinde, ut in fine sectionis præcedentis dixi, cognosci possunt omnia tam possibilis quàm impossibilis in Scientia, utpote quæ est formalis & vitalis eorum expressio. Tertio in voluntate, si qua sit volitio circa purè possibilis, de quo alibi. Quarto in Processione activâ & passivâ verbi, quæ est dictio creaturarum; quod fortè de Processione etiam Spiritus Sancti dicendum. Sed de hoc postea.

Infero secundò: quando dicitur Deus per visionem beatam repræsentari immediatè, creaturæ mediatè, non esse ita intelligendum, quasi detur una visio ad Deum, alia orta ex priori, terminata ad creaturas, ut vult Vasquez citatus, disp. 50. sed solum dicitur visio mediatè dari ad creaturas, immediatè ad Deum, quia directè in eum fertur, ad illas autem solum indirectè, & secundariò, quantum scilicet Deus visus ducit tanquam medium cognitum in cognitionem creaturarum. Dicitur itaque visio creaturarum mediata, non quòd alia visio Dei mediet, sed quòd in eadem visione mediet objectum, Deus scilicet, in quo cognito tanquam in medio cognoscuntur, sicque est visio creaturarum mediata, mediatione non actuam, sed objectorum.

Infero tertio: Licet intentio propriissimè sumpta in visione, sit in ordine ad idem objectum, sicut intentio in aliis qualitatibus, calore, frigore &c. desumitur in ordine ad idem subiectum, quandoque tamen visio extenditur ad novum objectum, licet sit extensio respectu creaturæ cognita, est tamen intentio respectu Dei, seu objecti formalis, quod per hoc non extensivè tantum, sed intensivè clarius videtur. Existimo nihilominus, Deum in ordine ad eandem creaturam posse clarius & clarius videri, nullo novo in eo objecto apparente, sicut etiam clarius & clarius videri potest, nullà omnino in eo visâ creaturâ, nec objecto secundario. Sicut qui videret essentiam divinam, nullâ visâ in ea creaturâ, posset ferventiùs eam & ferventiùs amare.

Licet autem possint creaturæ per diversas partes visionis repræsentari in verbo, ita ut per unam partem visionis videatur hæc creatura in verbo, per aliam alia, & sic de cæteris, existimo tamen cum Suarez 1. o. 1. in 3. par. sect. 3. posse dari visionem indivisibilem quæ plures in Deo creaturas repræsentet, imò infinitas, quas omnes ita indivisibiliter respiceret hæc visio, ut si unam desineret repræsentare, periret. Nec tamen esset hæc visio infinita, sed substantialiter solum diversa à visionibus repræ-

ni, & negationes in Deo cognoscantur.

I. Creatura omnes videri possunt in Omnipotentia.

II. Quo sensu dicitur Deus per visionem beatam repræsentari immediatè, creaturæ mediatè.

III. Quamvis intentione intelligenda sit intentio visionis beatificæ.

IV. Dari potest visio indivisibilis, quæ infinitas in Deo creaturas repræsentet.

representantibus creaturas finitas; sicut enim representatio objecti infiniti intensivè, nempe Dei, non arguit infinitatem in visione, ita nec objecti infiniti extensivè: ut latius ostensum est suprà d. 10. sect. secundà.

V. *Vnde unus plures, alius pauciores in Deo creaturas videat.*

Quæres, unde proveniat, ut unus plures, alius pauciores creaturas videat in Verbo. Resp. formalem hujus rationem esse visionem ipsam, quæ per se ad hoc determinat: causa verò effectiva in actu primo determinans, est lumen gloriæ, quod quò perfectius, eò ad plures creaturas in actu primo extenditur, tantæ vel tantæ perfectionis. Quòd autem videantur hæ creaturæ potius quàm illæ, Suarez hic, lib. 2. cap. 21. Valentia, Salas, & alii volunt similiter id in lumen refundi. Probabilius tamen mihi videtur cum Arrubale hic, disp. 26. particularem determinationem visionis ad creaturas, non lumini, sed speciei, seu Deo per modum objecti concurrenti, esse assignandam: sic enim lumen majorem servat proportionem cum aliis habitibus supernaturalibus, ut cum habitu fidei, qui indifferens ex se, & aptus æqualiter est ad eliciendum actum fidei circa quodvis objectum materiale, quod substat revelationi divinæ.

VI. *Lumen non determinat ad objecta particularia, magis quàm habitus charitatis.*

Eodem modo habitus charitatis voluntatem in actu primo potentem reddit ad amandum quodvis objectum propter Deum, ad particularia tamen objecta non determinat. Deinde, sicut habitus gratiæ communiter ejusdem rationis esse dicitur in omnibus, & quamvis petat gloriam, seu visionem tantæ claritatis, tum in intentione, tum extensione, non tamen harum potius creaturarum quàm aliarum, idem in lumine, quod ad gratiam sequitur, contingit. Quare autem de facto, si sint duo Beati quorum singuli exigunt videre in Deo decem creaturas, unus has decem videat, alius alias, esto fortè congruentia aliqua sit ratione status, in quo in hac vita degebant, plerumque tamen refunditur in solam Dei voluntatem.

VII. *Beati, qui in verbo vident, vident ab initio omnia.*

Infero quartò cum S. Thomà hic, a. 10. Beatos quæ in verbo vident, videre ab initio omnia. Ratio est, quia vel visio illa deberet paulatim successu temporis eadem numero extendi ad novas creaturas, ut vult Scotus, & hoc est impossibile, nec enim mutare potest objectum, magis quàm unio mutare extrema, ut in Logica ostendi: vel deberet fieri nova accessio & additio alterius partis visionis, terminatæ ad novam creaturam in Deo visam; hoc autem dici nequit, sic enim Beati crescerent in gloria substantiali, cum clariùs postea videret Deum is, qui novam in eo creaturam cerneret, quàm ab initio cum videbat; quò enim plures videntur in Deo creaturæ, eò magis penetratur objectum primum, ut videtur manifestum.

VIII. *Non negat S. Thomas, Beatos omnia que vident, videre ab initio.*

Dices: S. Thomas infrà, q. 57. a. 5. corp. affirmat Angelos beatos mysteria gratiæ, non omnia simul cognoscere, sed paulatim ea accipere, prout eorum officiis congruit, & prout voluerit ea ipsis revelare. Respondeo, solum velle sanctum Doctorem, quædam initio beatitudinis ab Angelis in verbo videri, quædam per privatas revelationes ipsis postea communicari, quæ tamen non videntur in verbo, nisi ad summum causaliter. Quo etiam modo explicari potest Concilium Senonense, dum ait, in Divinitatis speculo illucescere quidquid beatorum interfit. Hinc S. Augustinus lib. de cura pro mortuis agenda, cap. 15. & 16. inquirens quomodo sancti Martyres orationes ad se suas cognoscant, ait, vel ministerio Angelorum id fieri posse, vel ex peculiari Dei revelatione, nullam autem mentionem facit visionis in verbo; ergo innuit se uro ex

S. Augustinus.

prioribus modis arbitrari hoc fieri, licet alium modum non neget.

Infero quintò contra Suarezium hic, cap. 26. Molinam, & alios, posse Deum videri clarè à Beato quoad prædicata merè intrinseca, & ea quæ in ipso formaliter continentur, nullà visà in eo creaturà, etiam in communi. Ratio est: licet namque Deus per Omnipotentiam, & alia Attributa, relationem transcendentalem dicat ad creaturas; sicut tamen non est necessarium, etiam juxta hos auctores, ut ratione illius relationis transcendentalis videntes Deum, videant creaturas in particulari, ad quas tamen in particulari terminatur ille respectus, ita nec quod videant eas in communi; sicut nec videns intuitivè Angelum, videt omnes terminos, ad quos extenditur, sic enim quivis Angelus inferior comprehenderet superiorem. Ad visionem ergo intuitivam, sufficit quod videantur prædicata alicujus rei ad intra, præcisè prout constitunt hanc entitatem distinctam ab omni alià, ita ut si alia entitas apponeretur, posset quis dicere, hæc non est illa, licet nulla cognoscantur connotata extrinseca.

IX. *Videri clarè potest Deo, nullà in eo visà creaturà.*

Quid præcisè requiratur ad visionem intuitivam.

SECTIO SEXTA.

Quasnam in Deo creaturas de facto videat Beati.

SUPPONIMUS pro præfenti, posse in Deo videri creaturas existentes, de quo tamen postea. Varii itaque hæc in re sunt dicendi modi. Durandus in 4. d. 49. q. 3. affirmat Beatos in verbo clarè & distinctè omnia, tam possibile, quàm quæ in aliquâ temporis differentiâ existentiam habitura sunt, conspiciere, eorumque cognitionem esse extensivè æqualem cognitioni Dei. Idem Bassolis de possibilibus asserit, negat de existentibus. Tertio, alii apud S. Thomam q. 20. de verit. a. 4. e contrario docent, Beatos non omnia possibile, quæque Deus novit per Scientiam simplicis intelligentiæ, sed quicquid præsens est, præteritum, aut futurum, in Deo cognoscere, eaque omnia quæ Deus scit scientia visionis.

I. *Variis modis re auctorem sententia.*

Secundus dicendum.

Tertia sententia.

Quartus nonnullorum dicendi modus est, Beatos res omnes, tum possibile, tum in quacunque temporis differentiâ existentes, videre in Deo in actu primo, & divisivè, non collectivè, & in actu secundo. Aiunt itaque, in potestate Beati esse, ut nunc has, nunc illas in Deo creaturas videat, ita ut quamcunque successivè clarè & distinctè videre queat, non tamen omnes simul; infinitæ enim cum sint, attentionem, inquirunt, requirerent infinitam, creaturæ de lege ordinariâ impossibile: ita S. Bonaventura in 3. d. 14. a. 2. q. 3. Gabriel in 3. d. 14. q. 1. Eandem sententiam tenet Scotus, idque non tantum per idem lumen fieri posse affirmat, sed etiam per eandem visionem, quam planè invariata, ut sect. præcedente, num. septimo vidimus, ad novas identidem creaturas vult extendi.

II. *Dicunt aliqui, beati omnia in actu primo in Deo videre, non in actu secundo.*

Opinio Scoti.

Dico primò cum S. Thoma hic, art. octavo, Beatos non videre distinctè in Deo omnia possibile, hæc enim est nimis perfecta visio, nec puræ creaturæ, de lege saltem ordinariæ, concedenda.

III. *Beati non vident in Deo omnia possibile.*

Dico secundò: neque etiam res omnes pro certa differentia temporis existentes vident Beati: ita communis sententia Theologorum, qui hoc aiunt, peculiariter Christi animæ competere, nec cadere in puram creaturam. Nec obstat illud S. Gregorii, lib. 2.

IV. *Nec etiam vident omnia existentia.*

S. Gregorius. lib. 2. Moral. c. 2. ubi de Beatis loquens, *Quid non vident, inquit, qui videntem omnia vident?* Hoc, inquam, non obstat, alioquin omnia etiam possibilia in Deo videre deberent, quod tamen, ut vidimus, à Theologis omnibus contra Durandum negatur. Sensus itaque est, illum qui videt Deum, videre omnia æquivalenter, cum quippe videt in quo omnia continentur. Quo etiam modo intelligendum est illud S. Isidori lib. 1. de Summo Bono, cap. 10. quod suprâ retuli sect. secundâ, num. quinto: *Angeli Verbo Dei cognoscunt omnia, antequam in re fiant.*

V. *Ostenditur Beatos non videre in Deo omnia existentia.*
 Probatur itaque Conclusio, Beatos scilicet non videre in Deo omnia præterita, præsentia, & futura, seu quicquid Deus videt Scientiâ visionis. Inprimis enim receptissima apud Theologos doctrina est, ex S. Dionysio desumpta, Angelos inferiores à superioribus illuminari, variâque Dei circa rerum dispositionem decreta ab his isdem patet fieri; ergo Beati omnia Dei circa res futuras consilia non habent perspecta. Hinc, ut notat S. Gregorius, Theodoretus, S. Thomas, & alii, provenit illa inter bonos & malos Angelos circa populum Israëliticum à patriâ tunc exultantem decertatio, quod nimirum, quid de illo statuisset Deus, iis necdum innotuisset.

VI. *Declaratur in Ieremias, Beatos existens omnia non videri in Verbo.*
 Deinde ad Ephesios 3. vers. 10. ait Apostolus: *Vt innoscat principatus & potestates in celestibus per Ecclesiam, multiformis sapientia Dei, secundum prævisionem sæculorum, quam fecit in Christo IESU Domino nostro.* Ergo sancti Angeli effectus aliquos Divinæ providentiæ sibi antea ignotos, per Ecclesiam, in qua fiunt, cognoscunt. Præterea Apocal. c. 7. v. 3. clamavit Angelus voce magnâ quatuor Angelis: *Nolite nocere terra & mari, neque arboribus, quosque signemus servos Dei nostri in frontibus eorum.* Ut nimirum hac ratione eos noscerent, ergo antea eos non noverant, ergo existentia omnia non vident in Verbo.

VII. *Dies iudicii sancti Angelus est ignotus.*
 Tandem, dies saltem iudicij latet Angelos; sic enim affirmat Christus Matth. 24. v. 36. *De die autem illâ, & hora, nemo scit, neque Angeli celorum, sed solus Pater.* Hunc tamen locum ad probandum Angelos nescire diem iudicij, non esse efficacem exillimat Cajetanus in eum locum, Suarez Tom. 1. in 3. part. in quaestione 10. art. 2. in fine Commentarii. Salas Tom. 1. tract. 2. disp. 4. sect. 7. & alii, Marci enim 13. vers. 32. circa iudicij diem ait idem Christus: *De die autem illâ, vel hora, nemo scit, neque Angeli in celo, neque Filius, nisi Pater;* cum tamen nemini dubium sit, quin Christus, non solum quâ Deus, sed etiam intellectu creato diem iudicij noverit, & hoc tantum sensu eum dici nescivisse, quod scilicet aliis revelare noluerit: dici ergo sinititer poterit, Angelos, eo solum sensu diem iudicij ignorare, quod nimirum eam aliis nequeant revelare. Quare Abulensis in cap. 24. Matthæi, quaestione 209. ut refert Suarez loco proximè citato, affirmat Angelos diem iudicij novisse, quod etiam probabile censet P. Arriaga hic, Disp. 11. sect. 6. num. 40.

VIII. *Ex illis locis S. Matthæi & S. Marci, sequitur Angelus ignotus esse iudicij diem.*
 Nihilominus, cum communis Patrum, Theologorum, ac Sacram. Literarum Interpretum sententia sit, ex illis S. Matthæi & S. Marci testimoniis probari latere Angelos extremi iudicij tempus, exceptionemque illam, *nescire ut revelat,* soli Christo esse applicandam, planè tenendum est diem illum Angelis esse ignotum: imò Molina hic, dis. 5. membro 2. ait esse plus quam periculosum asserere, Angelos nosse iudicij diem, & Tannerus hic disp. 2. quaest. 6. dub. 10. n. 3. sine, id affirmat esse satis

temerarium; malè tamen Bannez & Zumel id vocant hæreticum.

Mihi verò placet quod docet P. Granado 1. part. tract. 6. disp. 1. sect. 9. num. 54. Beatissima scilicet Virgini hoc privilegium esse concessum, tum ob eximiam ejus supra reliquos omnes Sanctos in gloriâ præstantiam, singularesque prærogativas, tum quia nihil huic rei obstant illa Evangelistarum testimonia; Christus enim iis locis de illis tantummodo locutus est, qui tunc temporis celo & beatitudine potiebantur; Beatissima autem Virgo non nisi multis post annis in cælum fuit recepta.

Dico tertio: Beatos omnes machinam & constitutionem hujus Universi videre in Verbo, saltem quoad species rerum, hoc est, varia specierum individua: ita S. Thomas hic, q. 12. a. 8. ad 4. Ferrara 3. cont. Gentes, cap. 59. Valentia hic, q. 12. pu. 6. Molina hic, a. 8. d. 5. memb. 5. Suarez hic, lib. 2. cap. 28. n. 8. & videtur aperta mens S. Augustini, qui ut suprâ vidimus, sex dierum in creatione mundi divisionem statuit in *cognitione matutinâ* Angelorum ad diversas rerum species terminatâ. Ratio verò est, cum enim Beati sint aliquo modo partes Universi, hujus constitutio ad ipsos peculiariter pertinet, unde & ejus cognitionem in Verbo connaturalissimè expetunt, cui eorum appetitui æquissimum videtur ut satisfiat.

Dico quarto: Mystèria etiam fidei, quæ in viâ crediderunt, vident in cælo Beati: ita auctores proximè citati, estque expressâ mens S. Thomæ, tum 1. p. q. 1. a. 2. ubi ait, *ideo nostram Theologiam subalternari scientiæ Beatorum, quia ipsi vident principia fidei quæ nos credimus;* tum 2. q. 1. a. 1. Ubi dicit, visionem succedere fidei: ex quo rectè inferri videtur, ea quæ in viâ obscure in veritate divinâ creduntur, in patriâ clarè in eadem cognosci. Hinc S. Augustinus lib. 2. de Civit. cap. 21. *Quid, inquit, videmus nisi Deum, & omnia illa, quæ nunc non videmus credentes?*

Hoc etiam probari videtur ex illo S. Pauli 2. ad Corinth. 3. v. 18. *Nos autem revelatâ facie gloriam Domini speculantes, in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem,* id est, à claritate fidei ad claritatem gloriæ: quamvis enim fides sit obscura, illucescente tamen nobis Sole justitiæ, & rejecto velamine veteris testamenti, fides nostra in lege gratiæ, ubi supernaturalia mysteria clariùs multò & distinctiùs cognoscuntur, est quædam claritas respectu veteris testamenti, ubi sub umbris omnia & figuris proponebantur, & quibusdam veluti tenebris obvoluta.

SECTIO SEPTIMA.

Quædam alia circa ea, quæ Beati de facto vident in Deo. Vbi, an viso beata videre possit seipsam.

Dico quinto: Beati in Deo ea omnia vident, quæ ad illorum statum, dignitatem, vel officium pertinent. Ita S. Thomas, tertia parte, quaest. 10. art. 2. & alibi sæpè, Ferrara 3. cont. Gent. c. 59. Molina hic, a. 8. d. 5. memb. 3. Valentia hic, q. 12. pu. 6. Suarez hic, lib. 2. cap. 28. num. 15. Granado 1. part. tract. 6. d. 1. sect. 9. num. 58. Tannerus hic, d. 2. quaest. 6. dub. 10. num. 7. Fasolus 1. parte, quaest. 10. art. 8. dub. 23. num. 130. estque communis

IX.
Probabile est, diem iudicij Beati Virgini esse cognitum.

X.
Vniuersi hujus machinam vident Beati in Verbo.

S. Augustinus.

XI.
Fidei mysteria vident in Verbo Beati.

S. Thomas.

S. Augustinus.

XII.
Fidei in lege gratiæ, est quædam claritas respectu veteris testamenti.

I.
Beati in Verbo vident, quæ ad eorum statum peculiaritèr pertinent.

munis recentiorum sententia. Nec admittenda est limitatio Cajetani, ut ea solum videant Beati, quae ad eorum statum primo instante beatitudinis spectant; ad illa enim omnia extendenda est Conclusio, quae longo ordine, labentibus ad finem usque mundi saeculis evenient, ad eorum statum, ac dignitatem pertinentia.

II. *Reges, Fundatores Ordinum, Pontifices, quam vident in Deo.*

Religionum itaque Fundatores, Ordinum suorum progressum: Reges sancti, regionum quas aliquando administrarunt, varietatem ac vicissitudinem; Summus Pontifex totius Ecclesiae successum: Christi denique anima omnino in quacunque differentia temporis existentia, in Deo videt, utpote ad cuius statum cuncta pertineant.

III. *Videri circa visionem creaturaru in Deo observandum.*

Quae tamen non ita intelligenda sunt, (quod cum Soto in 4. dist. 49. quaest. 3. art. 3. Concl. 10. recte observat P. Granada citatus) ut summi Pontificis visio, exempli gratia, ad singula, quantumvis minuta quae in Ecclesia contingunt, extendatur; ut an Petrus hic & nunc oret, aut jejundet, vel an Paulus pauperi poscenti det elemosynam; sed ad praecipua tantum, ad Beati statum pertinentia: Non enim, ut ait P. Granada, B. Gregorius, quia Summus Pontifex fuit, videt in Deo minutissimos eventus singulorum fidelium, quamvis fuerit omnium Pastor, sed potissima Ecclesia negotia, v. g. conversionem Sinarum, reductionem Angliae, quam omnes speramus, & sic de aliis. Hac ille. Christi tamen Domini anima, quaecumque etiam minutissima in Deo cernit; id enim perfectissimus ejus status requirit.

Quid in Verbo videat S. Gregorius.

IV. *Dices, hinc sequi, minus Beatum plures interdum visurum in Deo creaturas.*

Dices, hinc sequitur, aliquos, duos verbi gratia Pontifices Summos in gloria inaequales, & aequales futuros in visione rerum in Deo, cum in dignitate Pontificia fuerint in hac vita pares. Imo minus beatus plura nonnuquam videbit, cum plura ad ipsius statum, officiumque, quod in hac vita gessit, pertinent. Respondetur primo cum P. Suarez hic lib. 2. cap. 88. num. 19. quamvis minus beatus plures ex iis rebus, quae ad ejus officium pertinent, videat, non tamen videt plures simpliciter; magis enim beatus ex aliis rebus plures & perfectiores videbit, juxta meritum, & gloriae iis respondentis, perfectionem.

V. *Qui plures in Deo videt creaturas, non est necessario magis Beatus.*

Addo cum eodem Suarez, esto plures quis in Deo videat creaturas, quam alius, non sequi necessario, cum fore magis beatum; etiamsi enim pauciora objecta secundaria in verbo videat, clarius tamen videre poterit objectum primum, Deum scilicet, in quo videndo sita est beatitudo. Unde existimo, clarius & clarius videri posse Deum, etiam nulla in eo visa creatura. Nec enim illorum unquam mihi placuit sententia, qui aiunt, non posse objectum aliquod clarius videri, nisi novi in eo aliquid cernatur: quam opinionem late impugnavi Disp. 35. Logicae, sect. 3. num. nono, & deinceps, variis contra eam adductis, quae hic non sunt repetenda. Quare, ulterius dico, aliquem qui intrinsecas tantum Dei perfectiones videret, nullam in iis visam distincte creaturam, esse posse magis beatum eo, qui Deum, & in eo varia objecta creata perspiceret.

Clarius videri aliquid potest, etsi nihil novi in eo cernatur.

VI. *Viatorum preces videt in Deo Beati.*

Dies secundò: ergo Sancti videbunt in Deo preces ad se à mortalibus, etiam in ultimam mundi conflagratione fundendas; hoc autem fieri nequit, sic namque extremi iudicii diem cognoscerent. Contra primò: hi ipsi auctores, qui hoc obijciunt, affirmant, posse visionem beatam se videre, non tamen videre suam durationem; idem ergo dicant de precibus, eas scilicet videri, non earum durationem. Contra secundò: juxta communem Theologorum sententiam, haec preces Sanctis per revo-

lationes extra Deum innotescunt, & tamen nec extra Deum extremi iudicii tempus norunt Beati; ergo etiam in Deo possunt illas cognoscere.

Respondetur itaque, Beatos preces omnes à mortalibus, etiam in ultimam mundi conflagratione fundendas, in Deo videre posse: quaeque majoris momenti sunt, de facto hoc modo vident, non tamen alia. Ratio secunda partis est; sicut enim supra diximus, Beatos non omnia ad Universi constitutionem spectantia, sed praecipua tantum, & Sanctos Pontifices, non minutissima quaecumque, sed potissima solummodo ad Ecclesiae statum pertinentia in Deo videre, idem dicendum videtur de precibus.

VII. *Preces etiam in ultimam mundi conflagratione ad se fundidas vident in Deo Sancti.*

Prima verò pars probatur; nec enim sequitur ex eo quod preces in iis circumstantiis ad se fundendas videant Beati, cognoscere eos quo tempore iudicii dies sit futurus; haec enim, diversae sunt veritates objectivae, Petrus opem à me exposcet in ultimam mundi conflagratione, & opem à me exposcet in ultimam mundi conflagratione, quae erit post centum annos: ergo una veritas sicut extra Deum revelari, ita & in Deo poterit cognosci, non cognita alia. Ex vi ergo hujus visionis, sciet Beatus ille Petrum in postremo mundi die exiturum; quando autem is dies futurus sit, nesciet. Sicut scire quis potest Joannem in tali palatio, vel horto existere, non tamen propterea scire necessario debet, in qua regione, vel orbis parte situs sit hortus ille, vel palatium.

VIII. *Visti precibus in iudicii fundentibus, non necessariò scitur quo tempore iudicium futurum.*

Sed dicit quispiam, si Beatus videat Petrum, & ultimam mundi conflagrationem tempore coexistere, ergo videbit utriusque durationes, ergo sciet quo tempore dies iudicii sit futurus, cum duratio vel sit ipsum tempus, vel essentialem ad illud dicat ordinem. Deinde, si videat durationem generalis illius & ultimi orbis incendii, videbit quantum distare postulet ab hodierno die, & quot durationes horariae inter praesentem diem, & ultimi illius diei durationem possint interjici; hoc autem si videat, directè sciet quo tempore dies iudicii sit futurus.

IX. *Quo pacto Beatus in Deo videri Petri, & ultimam mundi conflagrationis durationes.*

Respondetur, visurum quidem Beatum, cujus opem Petrus ultimo illo die est imploraturus, duas illas durationes, imperfectè tamen, & solum quoad hunc effectum, quod scilicet reddat Petrum & ultimum illum diem sibi coexistentes, seu quod sint homogeneae: quae autem in particulari sint, non videbit, sed possent esse duae durationes sibi post viginti, centum, aut mille annos, coexistentes. Et licet sciat diem illum fore ultimum, non tamen id novit ex visione durationum, his enim extrinsecum est quod dies sit ultimus, nec ex imperfecta hac durationum istarum cognitione sciet, quando durationes istae, & ultimus hic dies iis respondens, existet.

X. *Durations hanc durationem solum videbit Beatus quoad effectum coexistentiam.*

Hanc proinde sententiam, Beatos scilicet viatorum preces videre in Verbo, tenet in primis S. Thomas 2. 2. q. 83. a. 4. ad 2. expressè asserens, Beatis in verbo manifestari petitiones & preces ad eos à mortalibus directas. Idem docet Cajetanus ibidem, & in 4. d. 45. q. 3. a. 1. Suarez hic, lib. 2. cap. 28. num. 18. Valentia citatus, Bellarminus To. 1. lib. 1. de Sanctorum beatitudine, cap. 20. & alii, favetque Concilium Senonense in decretis fidei, decreto 13. ubi probare intendens, à Beatis mortalium preces audiri, ait, In divinitatis speculo illucescere illis quicquid eorum interfit. Nec contrarius est S. Augustinus; quamvis enim in libro de curâ pro mortuis habenda, cap. 15. & 16. solum dicat, preces nostras ministerio Angelorum, aut per

XI. *Non negat S. Augustinus, Beatis videre in Verbo mortalium preces.*

Concilium Senonense.

per speciales Dei revelationes, Martyrum animabus innotescere, quamvis, inquam, visionis precum in verbo mentionem illic non faciat, est argumentum solum negativum, nec inde rectè deducitur, S. Doctorem eam negasse, sed faciliores tantum preces nostras cognoscendi modos assignare voluisse, hac difficiliore omisâ.

XII.
Qua visionem supponunt, non possunt per eas videri.

Id tamen notaverim, siquæ preces, aut res aliæ sint, quæ visionem præsupponunt, non posse illas, saltem per eos gradus visionis, quos supponunt, videri. Dixi, per gradus quos supponunt, per alios enim gradus qui primos hęc naturâ sequuntur, nil obstat, quò minus videri preces illæ possint. Hi verò gradus, quamvis aliqui aliis naturâ sint priores, omnes tamen duratione sunt simul, nec unus alium tempore antecedit, sed cuncti simul primo beatitudinis instante infunduntur. Sicut Angeli sancti, qui in gratiâ fuerunt creati, primo creationis instante actum meritorium eliciendo, novo gradu adjecto, priorem gratiam auxerunt.

XIII.
Virum visio beata scipis in Verbo videri possit.

Quæres, utrum visio beata, scipsam in Verbo videri possit? Negat Ockam in 4. q. 13. a. 5. ad 2. Gabriel in 4. d. 14. Hurtado disp. 10. de Anima, sect. 4. Monceus Disp. 2. c. 9. & alii. Contrarium tamen est probabilis: ita Suarez hic, l. 2. cap. 18. num. 9. Salas tract. 2. disp. 3. sect. 4. Albertinus Corolla: 4. ex primo Principio. Erice Disp. 51. num. 27. Granado i. p. tract. 6. Disp. 1. sect. 8. num. 47. & alii.

XIV.
Offenditur, cognitionem posse supra se reflectere.

Ratio est primò: Certum enim videtur, universum non repugnare, ut cognitio aliqua supra se reflectat; hoc namque perfectissimè præstat Divina Scientia, quæ ut aliarum omnium rerum, ita etiam est cognitio sui. Deinde, in cognitionibus abstractivis res indubitata videtur, ut ostendi d. 19. de Anima, sect. 3. hi enim actus, *Omnis actus intellectus est spiritualis; Omnis actus creatus est accidentis, qualitas &c.* supra se reflectunt, & se inter alios actus repræsentant, ut loco citato latiùs declaravi.

XV.
Alium intuitivo non repugnat ut supra se reflectat.

Quod verò hoc etiam in actibus intuitivis non repugnet, probavi, Disp. illâ 19. citatâ. Primò, nam, ut proximè dictum est, cognitio divina, quæ est perfectissimè intuitiva, supra se reflectit. Deinde, nulla in hoc est vel apparens implicantiâ; nec enim se vel immediatè, vel mediatè produceret, sed esset respectu sui objectum terminativum tantum, non motivum; de quo latiùs Disp. illâ 19. de Anima: nec seipsam propriè specificaret, cum non per speciem propriam, sed objecti primarii, & in eo videatur.

SECTIO OCTAVA.

Vtrum in Deo videri possint existentia.

I.
Dispositio habet- nus supponit posse in Deo videri res existentis.

HACTENUS, dispositionis gratiâ, admisimus posse in Deo videri res existentes; ab illâ enim suppositione, quæ postremis hęc duabus sectionibus diximus, dependent: si enim in Deo formaliter videri nequeat, (ut probabile putant aliqui non posse, cum longè dispar ratio quoad hoc, de his sit ac de possibilibus) quæ de visione existentium in Deo dicta sunt, intelligi debebunt de visione casuali. Nunc ergo, an in Deo videri res existentes possint, inquirendum.

II.

In sententiâ ergo asserente, actum Dei liberum nihil aliud nec formaliter, nec virtualiter esse, præ-

ter meram entitatem Dei, & creaturam existentem, nullo modo videri in Deo possunt existentia. Ratio videtur clara; nam videri in Deo creaturas existentes, est eas ex vi Dei visi cognoscere; sed si nulla sit huiusmodi virtualis in Deo determinatio, Deus non majorem habet connexionem cum rebus existentibus, quàm cum non existentibus; ergo ex vi Dei visi nequit intellectus Beati determinari ad iudicandum creaturas existere, magis quàm non existere.

Nisi sit virtualis determinatio in Deo, non possunt in eo videri existentia.

III.

Nec refert, prædicata rei existentis, & possibilis, non distinguit realiter.

Dices, prædicata intrinseca rei possibilis & existentis non distinguuntur ex parte objecti; cum ergo idem planè sint realiter, eo ipso quòd existant, dari potest visio, quæ ad ea ut existentia terminetur. Contra: licet prædicata rei possibilis & existentis non distinguantur secundum se, ratione tamen diversi status verificare possunt duo contradictoria: jam enim verum est dicere, *Antichristus, vel alius mundus est possibilis*, non tamen *Antichristus existit*; ergo similiter non sequitur, *Alius mundus cognosci in Deo potest ut possibilis, ergo cognosci in eodem potest ut existens*. Ratio autem videtur manifesta; nam Deus per respectum transcendentalem, quo refertur ad creaturas, & essentialem, quam cum iis ut possibilibus, habet connexionem, intellectum ad earum cognitionem ducit, ac determinat. Cum ergo in hac sententiâ nihil planè, nec formaliter, nec virtualiter in Deo sit, cum creaturis ut existentibus connexum, magis quàm cum non existentibus, ex vi Dei visi non potest Beatus magis iudicare eas existere, quàm non existere.

Disparitas inter cognitionem possibilitium, & existentium.

IV.

Non possit in illâ sententiâ jam in Deo videri existens alius mundus, si Deus eum hodie decerneret producere.

Confirmatur: ponamus, disputationis gratiâ, Deum non omnia ab æterno decrevisse, sed hodie exempli causâ, primum statuere creare alium mundum, & eum de facto jam producere, Angelus beatus, qui tot sæculis Deum vidit, nunquam per visionem beatificam cognovit in Deo existere alium mundum, hodie tamen secundum hos auctores, ex Deo viso videbit eum existere, inquiri, ex vi cuius prædicati divini? nihil enim omnino vel formale, vel virtuale in Deo videbit, juxta hanc sententiam, quod antea non videbat; ergo sicut antea omnia indifferentia erant ad existentiam vel non existentiam alterius mundi, & propterea in Deo videre Angelus non poterat eum existere, ita nec modò id in Deo videre poterit; quòd enim de facto mundus ille existat, est Deo planè extrinsecum.

V.

Nec casualiter, in hac sententiâ, cognosci in Deo potest creaturas existere.

Hinc ulterius infero, ne quidem casualiter, in illâ sententiâ, cognosci ex vi Dei visi posse creaturas existere. Ratio est: casualis namque cognitio creaturarum existentium est actus ortus ex visione beatificâ, per quem actum creaturæ cognoscuntur existere: sed nullus orti istiusmodi actus potest à visione beatificâ, hæc enim, ut fatentur hi auctores, nihil in Deo videt connexum magis cum existentia creaturarum, quàm cum non existentia: ergo determinare nequit Beatum ad eliciendum actum, quo iudicet eas existere.

VI.

Alii volunt visionem, quæ foret possibilium, reddi existentium, per specialem Dei concursum.

Alii itaque affirmant, nihil quidem in Deo esse quod magis ad cognoscendum creaturarum existentiam determinet, quàm ad non existentiam, sed visionem Dei, quæ præcisè ex vi essentia visæ foret visio tantum possibilitium, ex supplemento quoddam divine virtutis, & speciali Dei concursu, aiunt reddi existentium. Sed contra: si ex vi intrinsecorum Dei prædicatorum nihil cernatur, quod majorem habeat connexionem cum existentia creaturarum, quàm cum non existentia, ergo res existentes non videntur in Deo; videri enim aliquid in Deo, ut cum communi Theologorum sententiâ

sententiã diximus, est videri ex vi alicujus in Deo visi, ergo peculiaris hic concursus non efficit visionem creaturarum in Deo, sed ad summum ut videantur concomitanter, & dispartè, nec visio Dei quidquam ad illarum visionem concludit.

VII. *Esi Deus si species intelligibilis creaturaru, non possunt in eo videri res existentes.*

Alii tandem hoc modo procedunt: aiunt, Deum esse speciem intelligibilem creaturarum; unde, inquit, producit visionem rebus proportionatam, quæ scilicet representet eas ut possibiles, si solum sint in potentia ut existant, & ut existentes, si actu habeant existentiam. Sed in hac via rem istam declarandi, manet etiamnum tota difficultas; quamvis enim Deus; quando creaturæ existunt, producere queat visionem quã simul cum Deo videantur creaturæ, non tamen in Deo; entitas enim Dei, ut sæpe dixi, non majorem habet connexionem cum existentia creaturarum, quã cum non existentia: ergo ex vi illius visæ, seu tanquam in medio cognito, nunquam videri possunt creaturæ ut existentes; ad hoc siquidem esse in Deo deberet prædicatum aliquod peculiariter cum creaturarum existentia connexum.

Hac creaturaru visio esse solum concomitans.

SECTIO NONA.

Conclusio circa visionem in Deo creaturarum existentium.

I. *Dici debet, creaturas existentes videri in Deo.*

Dico primò: nullo modo negari debet, in Deo videri posse creaturas existentes. Ita S. Thomas 3. p. q. 12. a. 8. 9. & 10. quem sequuntur Theologi. Probatur primò: Deus enim in suis decretis videt creaturas in quacunque differentia temporis extituras. Secundò, Anima Christi, ut communis habet Theologorum sententia, videt in Verbo quicquid Deus novit per scientiam visionis; quod negare, inquit Suarez hic, libro secundo, capite 27. nec piùm esset, nec prudens, aut probabile.

II. *Afferunt Patres existentia videri in Verbo.*

Hoc etiam apertè testantur Patres: sic enim S. Augustinus suprã citatus sect. secundã, num. 6. & sequentibus, sex illos dies distinguit per cognitionem *Matutina* Angelorum, seu in Verbo, & *Vespertina*; non autem loquitur de cognitione possibilem in Deo, sed existentium, earum scilicet rerum, quas tunc actu creabat Deus. Idem tradit S. Dionysius, asserens, *Angelos superiores illuminare inferiores ex iis que vident in Verbo*. Pro eodem etiam facit illud Concilii Senonensis suprã allatum, nempe *Beatis in Divinitatis speculo illucescere, quicquid eorum interfit*: Ubi clarum est, Patres illos loqui de existentibus. Quod etiam apud alios ex antiquis Patribus est frequentissimum.

III. *Ad visionem existentium dari debet virtualis determinatio.*

Dico secundò: nisi detur in Deo virtualis determinatio, aut quid simile, non possunt in eo videri creaturæ existentes, seu in quacunque temporis differentia futura. Ratio est; nam, ut sect. præcedente ostendi, ut videantur in Deo creaturæ existentes, reperiri in eo aliquid debet cum earum existentia connexum, sed, ut ibidem etiam probavi, nisi detur hujusmodi determinatio, aut aliquid aliud ei æquivalens, nihil datur in Deo cum creaturis existentibus connexum, quodque intellectum Beati in earum cognitionem ducat, ergo.

IV. *Quid ad existentium cognitionem conferat virtualis determinatio.*

Dices, determinatio hæc virtualis nihil aliud est, præter ipsam Dei Essentiam; ergo si in Essentia Dei videri nequeant creaturæ existentes, nec in hac determinatione videbuntur, cum sint idem.

Respondetur, quicquid illa determinatio sit, (qua de re, cum de actu libero Dei) est illa sufficiens ut vi illius præcisè, res transeat de statu puræ possibilitatis ad statum futuritionis, & de non esse ad esse; ergo etiam sufficit ut transeat de non cognosci ad cognosci; si namque ex vi illius producantur creaturæ, quidni ex vi etiam ejusdem sciuntur? Quod tamen non perinde de omni determinatione virtuali est intelligendum, ut num. 6. & septimo dicitur.

Dico tertio: datã in Deo hujusmodi virtuali determinatione, omnes omnino creaturæ existentes, seu pro quacunque temporis differentia futura, videri possunt in scientia visionis Dei; per hanc enim Deus ipse illas videt, ergo illã visã poterunt etiam intellectui creato ex eã innotescere, & tanquam in lucidissimo speculo discerni.

Dico quartò: quantumvis admittatur in Deo hujusmodi virtualis determinatio nihilominus non in omni volitione seu decreto Dei cognosci possunt existentia, seu res pro quacunque temporis differentia futura. Hoc primò probatur in voluntate permissivã actus pravi, in quã videri nequeunt peccata; nullam quippe majorem cum existentia peccati connexionem habet voluntas illa permissiva, quã cum negatione existentia peccati: non enim ex eo quòd Deus habeat voluntatem permissivam peccati, sequitur, peccatum propterea futurum; sed, etiam positã hac voluntate, in potestate hominis est peccatum non admittere.

Idem est de actu, quo Deus parat concursum ad omnem actum liberum voluntatis creatæ; in hoc siquidem, indifferens cum sit ad actum, & actus omissionem, videri nequit effectus futurus. Idem similiter est de concursu in actu primo causæ universalis, seu de voluntate, qua Deus paratus est cum omnibus causis secundis ad earum effectus cooperari; hac enim visã præcisè, non videbuntur effectus futuri, nisi simul videantur causæ applicatæ. Quod etiam dicendum de scientia conditionatã, in quã, nisi purificata conditione, cognosci nequit absolute effectus secutus: & idem est de omni volitione conditionata, & similibus.

In actu verò præfiniente, cerni potest effectus præfinitus; is quippe infallibilem habet cum hoc connexionem. Unde, si Deus præfinit talem actum charitatis vel humilitatis Petri, actu illo Dei viso, videre in eo potest Beatus Petrus actum illum charitatis vel humilitatis elicitorum. Idem est de actu quo Deus aliquem ad gloriam absolute prædestinaret, & aliis hujusmodi. Hoc etiam idem in iis effectibus naturalibus contingit, quos Deus per se decernit, & producit, ut in iis omnibus rebus, quas Deus in primã mundi origine creavit, & in aliis omnibus effectibus, à Deo solo independenter à concursu, vel exigentia ullius causæ secundæ productis.

Eodem modo de actibus & decretis ipsis Dei liberis philosophandum, posse scilicet ea in Deo, eadem ratione qua res existentes, videri. Quamvis Suarez hic libro secundo, capite vigesimoquarto, numero undecimo dicat, & meritò, hunc nodum esse inextricabilem.

V. *Omnes creaturæ existentes videntur in scientia visionis.*

VI. *In voluntate Dei permissivæ non possunt videri existentia.*

VII. *In actu Dei parante concursum in differentia cerni non queunt effectus futuri.*

VIII. *In actu præfinitivo videntur effectus.*

IX. *Quid de visione liberorum Dei.*

SECTIO DECIMA.

Proprietates quaedam visionis beatificae, prout circa objectum suum versatur, declarantur.

I. An dari possit visio concomitans creaturam cum Deo.

QUAERES primò: darine possit visio, quae concomitantè videatur Deus & creatura. Hæc non esset omnino visio creaturarum in Deo; nam non ex vi Dei visi, sed aliunde determinatur intellectus Beati ad videndum creaturas, quamvis eadem indivisibili cum Deo visione cernantur.

II. Ostenditur, possibile esse visionem hanc concomitantem.

Pater Suarez hæc, lib. 2. cap. 25. num. 45. & 50. negat hujusmodi visionem concomitantem, quae disparatè simul cum Deo videatur creaturae, esse possibilem. Mihi tamen multò probabilius videtur dari divinitus posse istiusmodi visionem; Angelus enim res alias, ut sex Angelos, Solem, & Lunam, cælum, & terram, & id genus alia objecta videre eadem visione concomitantè potest, ac disparatè; quidni ergo per Divinam saltem potentiam effici potest visio, quæ Deum & creaturas hoc modo repræsentet?

III. Duobus modis produci potest hæc visio.

Ratio autem est; nulla enim vel apparens est implicantiæ, cur Deus nequeat species creatas assumere ad eandem secum visionem producendam, quæ, cum & ab objecto creato procedat, & increato, utrumque, Deum scilicet & creaturas, indifferenter repræsentabit. Alio etiam modo produci potest hæc visio, nempe, si Deus, non operæ species intelligibilis creatæ, sed per se immediatè visionem illam, etiam prout est repræsentatio creaturarum, producat.

IV. Visio beatificæ est quidditativa.

QUAERES secundò: utrum visio beatifica sit quidditativa? Respondetur, esse respectu objecti primarii, nempe Dei; cognitio enim quidditativa illa est, per quam clarè & distinctè cognoscitur tota quidditas, seu essentia alicujus rei, ita ut ex vi hujus cognitionis certissimè dicere quis possit, quid res illa sit, eamque ab omnibus aliis discernat.

V. Cognitio quæ Omnipotentia sola, aut Scientia in Deo cognoscitur, non esset quidditativa.

Dixi, per quam cognoscitur tota rei quidditas; sicut enim, ut dixi Disputatione decima-nonâ, de Anima, sectione prima, numero septimo, si cognosceretur tantum animal, non esset cognitio quidditativa hominis; ita si videretur unum tantum vel alterum Attributum, Omnipotentia scilicet, aut Scientia, visio illa non esset cognitio quidditativa Dei. Dices, saltem erit quidditativa respectu Omnipotentia. Respondetur, fore quidditativam tantum inchoatè, & secundum quid; per cognitionem namque quidditativam, intelligunt omnes illam quæ est de re aliqua completâ & integrâ, ita ut ex vi illius dicere quis possit, *Est hæc vel illa res, Petrus, Paulus &c.* ac proinde cognosci per illam debet ultima rei differentia. Quod si quis instet, per actum illum cognosci ultimam differentiam Omnipotentia, prout ab aliis Attributis distingui-

tur, & propterea contendant esse quidditativam, litigat de nomine: quidditativa siquidem cognitio, ut dixi, solum est de re aliqua simpliciter dicta, seu de aliquo individuo.

QUAERES tertio, an visio beatifica sit intuitiva? Respondetur, respectu Dei esse intuitivam. Ratio est, nam visio intuitiva, ut in libris de Anima, loco proxime citato dixi, est quæ & in objectum pro aliquâ temporis differentia existens fertur, & immediatè in illud tendit, quorum utrumque in visione beatifica respectu objecti sui primarii perfectissimè reperitur.

VI. Visio beatificæ est cognitio intuitiva.

QUAERES quarto: sitne visio beatifica, Scientia speculativa, an practica? Aliqui practicam eam statuunt cum Scoto; alii speculativam. Dicendum tamen, respectu objecti primarii, nimirum Dei, esse purè speculativam, cum non sit de objecto operabili, seu productibili à cognoscente, in quo conceptus & essentia scientiæ practicae sita est, ut Disp. decimâ Logicæ ostendi. Respectu tamen objecti secundarii, prout nimirum res aliquas creatas in Deo cognoscit, potestque ad earum effectivum dirigere, varios scilicet actus virtutum, & hujusmodi, est practica.

VII. Vtrum visio beatificæ practica sit, an speculativa.

Neque hoc est contra S. Thomam 1. 2. q. 3. a. 5. solum namque ait, Visionem beatificam esse tantum speculativam prout spectat ad beatitudinem essentialem: nec enim ab beatitudinem essentialem propriè pertinet, nisi prout terminatur ad Deum, seu objectum increatum, quod solum beat. Dices, visio beata repræsentat Deum ut diligibilem, ergo etiam respectu objecti primarii est practica. Respondetur, negando consequentiam: propter hoc enim ad summum est practica respectu amoris seu dilectionis Dei, ad cujus effectivum dirigere potest, non respectu Dei ipsius, qui omnino non est factibilis; respectu cujus proinde nulla dari potest scientia practica.

VIII. Quo sensu S. Thomas visionem dicat esse tantum speculativam.

QUAERES quinto: Utrum visio beatifica sit apprehensiva, an judicativa? Respondeo: Esse perfectissimè judicativam; per eam namque cognoscit Beatus, Deum esse, esse Omnipotentem, Omniscentium, &c. judicium autem solum est, per quod reddimur scientes; per apprehensionem quippe non magis asserimus rem esse, quam non esse, sed indifferentes sumus ad utramque partem contradictionis. Est etiam actus simplex, & incomplexus, ex nullis partibus compositus, nec ex præviis apprehensionibus, ut in nostris judiciis contingit, progenitus.

IX. Visio beatificæ est perfectissimè judicativa.

QUAERES sexto, An visio beatifica possit esse discursiva? Questio est, utrum Beati elicere conclusiones aliquas possint, visioni beatificæ, tanquam alteri præmissæ, innitentes. Hanc questionem supra Disputatione primâ, sect. 15. n. 2. proposui, & fusiùs discussi; ubi contra P. Vasquez ostendi hoc fieri sine incommodo posse, nec quidquam ob stare quo minus, sicut hic in viâ actibus fidei, ita in patriâ beati visione beatâ ad varias conclusiones inferendas uti queant. Utrum autem visio beata sit incorruptibilis, dicetur in Materia de Beatitudine.

X. Visio beatificæ potest esse discursiva, seu præmissa, ex qua deducatur conclusio.